

ruit et — abbatiam violenter invadit, res aecclesiae insolenter diripit, et quicquid pius fundator loci nostri nobis contulerat, id sibi iure hereditatis magis quam aecclesiae competere clamat. Omnia erant conturbata; cuncta, quae prius tuta videbantur et tranquilla, turbine repentinae tempestatis fiunt periculosa et incerta. Nullus erat, qui pro Deo ageret, nullus, qui partibus iustitiae faveret. Omnes in unum conspiraverant; omnes pauperes Christi affligebant, aut affligentibus consentiebant. Huius exemplo inducti caeteri fratres et nepotes pii patris nostri — singuli in locis sibi oportunis res aecclesiae nostrae aut invadebant aut diripiebant, hominibus aecclesiae nihil reliqui faciebant. Horum magna pars fuit Rotbertus, fortissimus comes Namucensis, qui cum potentia premineret cunctis, non solum nihil subsidii tulit fratribus tribulationum mole oppressis, immo accepta occasione ex oportunitate temporis, tota potentia sua in eos abuti coepit; et immunitatem comitatus, quam regali auctoritate collatam aecclesiae nostrae auctoralis carta asserit, violenta iniustitia aecclesiae abstulit, et partibus suis applicavit. Preterea quales et quanta circumquaque fiebant cotidie predae et direptiones nostrarum rerum, quae invasiones prediorum, quam miserabiles oppressiones fratrum, quot caedes et captiones aecclesiasticorum virorum, quanta fuerit imbecillitas vel infidelitas advocatorum, quales et quot reclamaciones super his omnibus mittebantur in dies ad aures principum, quod nihil aliud erat nisi verberare aera tantum, si quis haec omnia de diversis scedulis collecta velit congerere et in unum compingere, integri libelli opus videbitur sibi assumere. Et super vacuum est sine spe fructus laborare, quia perdita annumerare nihil est aliud quam super perditis dolorem renovare. Quae tamen reclamacionum improbitas non ante cessavit donec post multos annos Otto imperator Ottoni duci precepit, ut inter aecclesiam et invasores aecclesiae habita ratione, statum reformaret aecclesiae facta inter eos aequaliter rerum dimidiatione. Quae quidem dimidiatio inter Heribrandum Bratuspantem et aecclesiam convenit, ab aliis vero pervasoribus aecclesia nihil recepit.'

Hiernach könnte es scheinen, als ob die Wirren noch unter der Regierung Otto's I. durch jenen Vergleich ihr Ende gefunden hätten; denn er ist der einzige Kaiser, der bis dahin in der Chronik genannt ist. Demgemäss ist denn auch im Register des Scriptorumbandes die Stelle unter Otto I. und Herzog Otto von Lothringen, dem Vor-